Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

adeo ut qui diligit deum diligat et fratrem suum.
Idem ca. et si. Hec est caritas dei ut mandata
eius custodiamus.

Paulus ad Ro. ca. dny. Diligentibus deum omnia cooperantur in bo.
Idem prima ad corinthios. ca. x. Non potestis mensse
dni participes esse et mense demonii
Idem ad thymo. ca. p°. Finis precepti est caritas de
corde puro et conscientia bona et fide non ficta.

Duo libri de formula honeste vite. ca. v. Amabis deum.
Si eum hoc ymitaberis ut uelis omnibus pace nulli
nocere, et tue te iustum dorum appellabit omnis sequ
tur uenerabuntur et diligent. Sicque merito iustus
appellaberis.

11 De uerbo dni et ei' exauditione. ca. xi.

In leuitico. ca. xxvi. et pe. Si in preceptis meis ambulau
eritis et mandata mea seruaueritis, et ea fece
ritis dabo uobis pluuias temporibus suis, et terra
gignet germen suum, et poma arborum replebi
unt. Apprehendet messium tempus vindimia, et
vindimia occupat sementem, et comedetis panem uem
in satietate et absque pauore habitabitis in terra uera
et dabo pacem in finibus uestris dormietis et non erit
qui exterreat. Auferam malas bestias et gladius non
transibit fines uestros persequimini inimicos uestros
et corruent coram uobis.

Moyses in deuteronomio. ca. v. Non declinetis neque ad dex
tram neque ad sinistram sed per viam quam preceptit dns vo
ambuletis, ut uiuatis et bene sit uobis et prolongetis
dies in terra possessionis uestre. Idem dny. ca. vi. Non in
solo pane uiuit homo sed in omni uerbo, quod procedit
ex ore dei.

Psalmista. ps. cxi. Iustitia dni in seculum seculi his qui
seruant testm et memores sunt mandatorum ipsius
ad faciendum ea. Idem. cxxv. et e loquitur ad eos
parentes suos et non turbantur ut custodiant mandata
tua. Idem. cxxxviii. Pax multa diligentibus legem
tuam, et non est illis scandalum.

Salomon in proue. ca. xxx. et si. Omnis sermo dei e
gnitus. Idem in Ecclesiastico. ca. viii. Sermo dei
potestate plenus e.

Lucas. xi. Intrauit ihus in quedam castellum, et mulier
quedam nomine marta nomine q excepit illum in domum
suam, et huic erat soror nomine Maria q etiam se
dens secus pedes dni audiebat uerbum illius.
Marta autem sollicitabat circa frequens ministerium
que stetit, et ait dne non e tibi cure q soror
mea reliquit me sola ministrare. Dic ergo
illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dns

Maria maria sollicita es et turbaris circa pl
uima. porro unum est opus. Maria optimam
partem elegit que non auferetur ab ea.
Idem. xi. Beati qui audiunt uerbum dei et custodiunt
illud. Ait ihus vobis latoribus legis. Ve qui
honeratis homines oneribus que portari non po
sunt et ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas.

Marcus. xiii. Celum et terra transibunt. Verba aut
mea non transibunt.

Johannes dny. ca. Qui e ex deo verba dei audit.
Ait ihus. Ego sermones meos suauiter mentes non
gustabit in eternum. Idem. Ait ihus. Si mihi non
uultis credere operibus credite.

Paulus ad romanos. ii. Non auditores legis iusti sunt
apud deum sed factores legis iustificabunt.
Idem ad thymo. primo. Finis preceptorum e caritas de
corde puro et conscientia bona et fide non ficta.
Idem ad hebreos Verbum e spiritus dei et
efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti

12 De timore dei capitulum. xii.

Job vsque. ca. dny. Timor dni ipse est sapientia.
Moyses in deuteronomio. ca. vi. Timeas dnm deum
tuum et custodias omnia mandata ipius.
Psalmista. ps. v. Seruite dno in timore et exulta
te ei cum tremore. Idem. xxiii. Inhabitabit
e dns timentibus eum.
Idem. lxxxviii. Prope timentes deum salutare ipsi.
Idem. Cii. Misericordia dni ab eterno usque
in eternum super timentes eum.
Idem. Cxi. Initium sapientie est timor dni.
Idem. C. Beati qui timent dnm qui abulant
in viis eius. Idem. Cxlv. Voluntatem timentium se
faciet et deprecationem eorum exaudiet et saluos
faciet eos.

Salomon in proue. ca. Time deum et recede
a malo. Timor dni odit malum. Arrogantiam
et superbiam et viam prauam et os bilingue de
testabitur. Idem. xv. Timor dni disciplina
sapientie. Idem. xvi. Timore dni declinatur a
malo. Idem. xxiii. Time deum fili mi et regi.
Idem. in Ecclesiastico. ca. vii. Qui timet dnm nichil
negligit. Idem. xii. ca. et. si. deum time et man
data eius obserua. Hec est enim omnis ho.

Socrates in exortationibus. ca. i. circa principium.
deos quidem uerere.

Tobias vsque. ca. iii. Multa bona habebimus
si timuerimus deum et recesserimus ab omni peccato
et fecerimus bona.

Ihus filius Sirach in Ecclesiastico. ca. p°. Timor dni
gloria. gloriatio letitia et corona exultationis